

D· ANTONII  
**GOMEZII**  
OPERA OMNIA  
ANNOTATIONIBUS  
ET ADDITIONIBUS  
LOCUPLETATA.



D. ANTONII  
**GOMEZII,**  
IN ACADEMIA SALMANTICENSI  
Juris Civilis, Primarii Professoris,  
VARIAE RESOLUTIONES  
JURIS CIVILIS, COMMUNIS. ET REGII.  
TOMIS TRIBUS DISTINCTÆ,

Quorum  $\left\{ \begin{array}{l} \text{I. Ultimarum Voluntatum} \\ \text{II. Contractuum} \\ \text{III. Delictorum} \end{array} \right\}$  materiae continet.

EDITIO NOVISSIMA,

Cui præter Annotationes EMANUELIS SOAREZ a RIBEIRA, accesserunt Illustrationes, sive Additiones JOANNIS de AVYLLON LAYNEZ in fine cuiusque Capitis appositiæ, cum Indice Generali.



LUGDUNI,  
Sumptibus PETRI BRUYSET, & Sociorum.

M. D C C L X I  
CUM PRIVILEGIO REGIS





## BIBLIOPOLÆ AD LECTOREM.



NANE prorsus esset in Operis hujus limine ANTONII GOMEZII ericium. Fama tanti Jurisconsulti plusquam unius saeculi decursu fuit corroborata, & qui vix prima Jurisprudentiae elementa salutavit, jam tanti yiri novit merita, jam sibi proposuit luculentam ex eruditis ejus scriptis utilitatem percipere. Qui fuerint fructus, docet ingens omnium applausus, & plures repetita ejus Resolutionum & Commentariorum editio; satis superque est. Plures alii Jurisperiti, omni suspicione majores, eum cognominaverunt virum litteris ac pietate praecellentem. Plures alii non minus congruo nomine egregii scilicet Doctoris memoriam ejus decoraverunt. Itaque sufficiat ut hujus novissimæ Editionis præ ceteris omnibus excellentiæ paucis ostendamus; quæ vel minimum attento facile patebit. Hæc nempe præter ipsius Auctoris Additiones ex Editione Salmanticensi anni 1579. depromptas, & Annotationes celeberrimi Jurisconsulti EMAN. SOAREZ A RIBEIRA in præcedentibus hujus operis Editionibus jam insertas, continet Additiones sive Illustrationes luculentissimas Doctissimi Viri JOAN. DE AYLLON LAYNEZ J. C. Utrariensis in fine cujusque capitinis appositæ, quibus non solum ipsius Gomezii doctrina novum splendorcm accipit, verum etiam difficillimæ de Testamentis, Contractibus, & Delictis quæstiones doctissimis scholiis enodantur & elucidantur: Et ut nihil eorum quæ Lectoris commodo maxime possunt inservire, desideraretur, inveniet ad calcem Variarum Resolutionum Repertorium Generale Rerum & Verborum, non eorum tantum quæ in hac Gomezii operis parte continentur, sed & singulorum quæ in Annotationibus De Ribeira, & Additionibus De Ayllon comprehenduntur; item reperiet ad calcem Commentarii ad leges Tauri, Indicem alterum rerum omnium in hoc volumine contentarum. Habes jam, BENEVOLE LECTOR, quæ utilitati tuae consulentes, hic elaboravimus; fruere jucundiùs, & Vale.

D. JOAN.

D. D.

# ANT. GOMEZ, J. C. ERUDITISSIMI COMMENTARIORUM VARIARUMQUE RESOLUTIONUM

Juris Civilis, Communis, & Regii.

TOMUS PRIMUS.  
DE TESTAMENTIS.

---

## P R O O E M I U M.



O GITANTI mihi, quod praeclarè dicebat ille Medicorum faciliè Princeps Hippocrates, hominis Breve in esse vitam, aetatem longam, experientiam periculosa; id in nostra Jurisprudentia verilimè quoque usurpari posse videatur. Tanta etiè enim Librorum, qui in ea icti pri sunt moles & vaflitas, ut vix triplex hominum aetas eos percutendo (ne dicam legendo, atque cogitando) possit sufficere. Scientia vero adeo longa est, tot novis passim emergentibus negotiis dubiis, contrariisque hominum opinionibus in toto Juris Civilis corpore dispersis, ut cum ad metam pervenisse putas, ne in medio cursu defecisse, longumque iter tibi adhuc confiendum sentias. Experientia denique cum & dubia sit, & pro consuetudine locorum univeria, acque saepenumero ab ipso Civilis Prudentiae fonte exorbitans, tot praesertim antiquis abrogatis, iornovis Regum & Principum Constitutionibus, tot Civitatum enalcentibus confluendis, nihil ferè certum, quod sequaris, invinas: & cum unum quid didiceris, aliud quoque addiscendum esse animadvertis. Atque (ut verum dica) ea cogitatio me majora scriberè aggressum saepenumero revocavit, nedum lucem dare rebus cogito, etiā tenebras novis meditationibus affram: atque, ut etiè in proverbio, *transire in aliis*. Opus itaque excogitavi, qua breviter, clare, dilucideque omnia que hodie in Judiciis & Practica versantur, ex utroque jure, & Doctoru disputationibus, contrariisque sententiis traderem. Cum enim in ceteris omnibus rebus omnis perspicuitatis principium sit ordo, cum secundum sumus, in quo maxime gloriari possimus. Nam totum Ius Civile cum tripartitum sit, nostros quoque Commentarios in tres Tomos secuimus. Primum autem de Testamentis ceterisque, quæ ad tellantissimas voluntates spectant, fecimus. Secundum de Contractibus atq; aliis conventionibus, quæ quotidie inter homines tractati sunt.

Ant. Gomez Variarum Refol. Tom. I.

A. lent.

D. ANTONII  
**GOMEZII,**  
VARIARUM RESOLUTIONUM  
TOMUS SECUNDUS.



D. D.

**ANT. GOMEZ,**  
**J. C. ERUDITISSIMI,**  
**COMMENTARIORUM,**  
**VARIARUMQUE RESOLUTIONUM**  
*Juris Civilis, Communis, Regii,*  
**TOMUS SECUNDUS.**  
**DE CONTRACTIBUS.**

---

PROLOGIUM.

BSOLUTIS iis, quæ pertinent ad ultimas testantibus Voluntates, ordinis ratio postularat, ut ad secundam Juris Civilis partem, quam de Contractibus esse voluimus, accingamus. Cujus tractatio eo mini jucundior fuit, clariorique luce, & compositioni ordine indigere visa est, quod apud omnes fermè gentes, & populos circa Contractus, molestas, odiosasque passim lites exoriri viderem. Potissimum verò operam dedi, quod facilior & clarius nostra de Contractibus procederet oratio, ut quod multorum opinionibus esset involutum, explicarem: quod varietate obscurum, clarum redderem: quod multis Jurisconsultorum responsis exuberans, varieque diffusum, ordine tractarem: quod multorum hominum tumultuosis disputationibus, & molestis clamoribus obturbatum, sedarem: totam denique hanc materiam sic temperarem, ut etiam Juvenes per immensos spinososque Juris Civilis campos Ispani nunc tandem summa cum voluptate, & fructu, possint. Hac enim tempestate eò venit multorum, qui de jure Civili scriperunt, cùm temeritas, tum impudentia; ut verè nunc deum dicere possimus, quod ell apud Euripidem, in Hippolito.

*Nec si insipue erit aperte & directe  
Ratione sit pù dñe ssp̄i suu.*

Addit etiam, quod hujusmodi indigesta scriprorum moles, passimque Doctorum opiniones, per varios anfractus & titulos dispersæ, studiosam legum juventutem ab honesto instituto avertunt, atque etiam conlanter in abdita jurisprudentiae gressam in obscuras præcipitant tenebras, in contrarias sententias trahunt, in turbulentos errores conjiciunt: denique in desperationem plerumque adducunt. Nos igitur hanc totam de Contractibus tractationem quindecim Capitibus brevissimis & facillimis absolvimus: ira, ut quis titulum *ff. de verb. oblig.* tutus accedere, tamque eam materiam facilius intelligere possit. Cùm autem hominum causa (ut præclarè docet Hermogenià methodo intelligere possit. Cùm autem hominum causa (ut præclarè docet Hermogenianus in 1.2. ff. de stat. hom.) Jus onine sit constitutum, primò de personis, quæ possunt contrahere; vel non: ac post ceteris, his proximos atque conjunctos applicantes titulos, ut res patitur, dicemus.

*Ant. Gomezii Variar. Resol. Tom. II.*

A 2

CAPUT